

A De nascaphtho.
Nascaphthum affertur ab India. & est quasi cortex elamulæ, non odoratus, & uiscide excalefaciens. propter quod & in antidotis excalefactorijs mittitur.

D E O P I O .

Opium succus est quodā modo erratici papaueris. quod sic colligi solet, postmodū cū hoc ipsum papauer flores suos amittit, & ampullulæ succrescunt uirides & teneræ, harum ipsarum capitella homines scalpello acuto leniter absindunt sic, ut intrinsecus non laedant, & deinceps in gyrum scarificant. & sic lacticulum quod promanat digito conterunt. & in cōchulis reponunt, & siccāt. Meconium autem fit contritis in unū folijs & ampullis uiridis papaueris. Verum succus organo pressus & siccatus in pastillos redigitur: & meconium appellatur. Erit ergo optimū quod est odo re grauissimum, & colore subrufum, & gustu amarissimum, & quod humorem quo resoluitur q̄ citissime candidum facit, & accensum splendidam & aliquatenus durantem flamمام emittit, et rursum extinctum pristinum odorem referuat. maxime Hispanū tale inuenitur. Adulteratur autem & lentis & lupinorum farina: sed & gūmī nigro, & lactucæ erraticæ succo: item glaucio. Sed & adulteratum quod est sic intelligimus eo, q̄ non omnia coeant quæ synceritatem illius comprobare diximus. Potest autem syncerum opium lachrymam stringere collyrijs admistum, habet & circumliniū refrigerare. & auricularum dolorem, & totum corporis languorem mitigare, ilia uidelicet ratione, qua etiam somnum facere dicimus.

De omphace.

Omphax succus est de radice moræ syluaticæ, & immaturæ uræ. qui expressus siccatur in sole. & in pastillis latis usquequo fieri potest formatur. & sic reponitur. Optimum est illud quod est colore rubido, & fragile pastillo, & gustu styptico ualde, & linguam submordens. Vnde potenter stringit. & omne profluuium confessim tenet.

De opanace.

Opanax succus est herbæ, quæ panax dicitur, simillimæ per omnia ferulæ: q̄ nascit in Capadoccia, Africa, & Macedonia, locis asperis & lapidosis. Colligitur ergo hic ipse succus hac ratione, Medijs æstatibus terra quæ est circa radicem & herbam foditur & cauatur: deinde folijs ipsius sternitur, & sic ipsa radix & ferula in oblongum & in gyrum incidit. postq̄ humor lacteus emanat, & in folia supposita defluit, & siccatur: quasi exalbidæ myrtæ colorem accipit. Ergo optimus est opanax qui ab Africa affertur. hic est extrinsecus ueluti crocatus, intrinsecus lacteus, mundus, odore graui equidem uiscide. Potest igitur opanax & laxare, & calefacere, & mollire stricturnas & durities. fugare uiperas & omnem serpentum accessum.

De opobalsamo.

Opobalsamum lachryma est arboris, quam balsamū appellamus, similis malo granato, ramo sae, ramis tenuibus & exalbidis, qui xylobalsamum dicuntur. quæ folia habet similia erucæ, hæc ipsa arbor in Iudea tantummodo crescit, & fructum affert aliquatenus oblongum, circa medium uastiore, & quasi uentrosum, ad capitula utraq̄ subito deductum, rubicundum ualde, grauem, & plenum: & si frangatur, mollem: & si masticetur, similiter ut piper mordentem, & suauiter redo lentem, quæ carpobalsamū dicimus. Huius ergo arboris lachryma colligitur uere usq; ad autumnum. Inciditur autē ipse truncus in aliquot locis, & ipsi ramuli, & sic uascula supponuntur quæ lachrymam fluentem excipiunt. Quod ipsum aliquot coloribus uidetur. Verum est optimū, quod recens, & syncerum, & exalbidum est, & austерum, & odore graui, & acuto, & non acri, & quod aliqua lenitidine linguam submordet. Sequens est quod est colore subrufo: & quasi glutinum se distillat à dīgito. leue etiam, aspectuq; gratum. Tertium autem, quod est tenue ualde, & perlucidum. Omne autem opobalsamum quod uetus statem accipit, fit subrubrum & terrestre & siccum. D Verum optimū est syncerum, quod qñ aquæ mundæ instillatur, non protinus diffunditur, sed magis subsidet, postmodum totam aquam exalbidam facit. lacti autem admistum, in caseum illud adstringit ut coagulum. Item uestimento albo aut mundo instillatum, maculam non facit. Quod. n. syncerum est, in summa aqua diffunditur & supernat, & prout oleum quasi pilulas ostendit. nā uires habet aliquatenus aciores. quæ uiscide excalfacere & relaxare efficaciter possunt.

De oleo.

Oleum uetus optimum est, quod cum bona pinguedine perlucet. odore & gustu simile uetus pinguamini. Vires autem habet excalfactorias, quæ penitus relaxant. Sed & ad caliginem oculorum facit, si fuerit de pluribus annis. & ad diurna & indurata uitia neruorum. in cibis uero admistum omnibus conuenit. & lenitiem stomacho & uentri reddit. & si qua stricturna aut uulneratio intrinsecus facta est, leniendo relaxat. Accepta rosa refrigerans inuenitur. Nardo decoctum, metasyncreticam uirtutem habere incipit. Chamæleo uero, itidem metasyncreticū esse uidetur. Cum baccâ lauri decoctum, plus quam oportet thermanticum esse certum est. Semini lentisci mistum, sicut rosaceum per longum tempus stypticam uirtutem affert. Mastiche admistum, colleticum esse uidetur. Anethum illic per tempus madefactum, thermanticum comprobatur. Mala cydonia illic per tempora madefacta, paregoricum uel stypticum aliquatum inueniri, faciunt.

GALENO ATTRIBUTVS LIBER

faciunt. Cucumeris agrestis radice admista & decocta, catharticam, & thermanticā habet virtutem. & quidem proprie attritis inunctio facit. Iridi admistum, pluribus ualeudinibus prodest.

De ovo.

Ouum partus gallinæ est, quod omnes nouerunt. effectū habet duplēm. Si semicōctum bibatur, uirtutē stomacho præbet, & non permittit corpus debilitari, eo q̄ naturæ sit animātis. lenit. n. oīnnia, quia lœuem uicem habet. Crudū aut̄ potatum, raucos emendat. lachryma quoq̄ repida in oculis dolentibus inuncta salutem restituēt. Vitellus uero eius extrinsecus in aliqua parte corporis illinitus, paregoricus, uel stypticus inuenitur. Coctum uero in aceto ut sit perdurum, dysentericis prodest. uirtute autem sua cibi & potus uicem præstat. Si crudum bibatur, sitim prohibet.

De ocino.

Ocimum herba est omnibus nota. uires habes acriter excalfacientes, & relaxantes, & urinam prouocantes.

De origano.

Origanum & ipsum omnibus notum est. & habet uires acres, & excalfactorias, & relaxantes, & euaporantes. unde & suspriosis, & tussientibus prodest. & serpentes fugat. item biles detrahit. uentrem detrahit. sed urinam & menstrua prouocat.

De orobo.

Orobū oēs nouerunt. huius igitur farina cum melle vulnera purgat. & maculas tollit, & alienationes tenet. ipse aut̄ orobus manducatus, caput replet & uētrem. & sanguinem per urinam provocat. & est optimus Atticus. Est enim colore uiolaceo. effectu uiscide sistens. et in modū cani.

DE PONITIO.

Ponitium hac ratione conficitur. Chalcitidis partes duæ, & cani una, in mortario leuigantur æstu calidissimo, infuso subinde feruente & acerrimo aceto. & hoc fieri habet donec res rubro colore apparent. Habet igitur ponitium uires quas chalcitis equidem uastiores.

De pipere.

Piper fructus est arboris quæ in India nascitur. quod qñ primum crescit, oblongum & rotundum apparet, & longo piperi assimilatur. quod ex minutis & quampluribus granulis ueluti constipatis constat. & quæ tempore ipso accrescunt & dissipantur. maturata enim & nigra facta, nigrum piper dicuntur. eligimus enim longum piper, quod qñ frangit, strictissime granula sua coniuncta habet, & circa suam ueluti medullam cohærentia. quodq̄ gustū uiscide mordet & calescit. album deinde, quod sine ruga fit candidissimum, graue, & non minutum, & ad gustum simile longo. Item nigrum, quod præter colorem in reliquis fit simile albo. potest autem omne piper syncere stringere, & excalfacere, & totum corpus uehementer commouere. Sed adulteratur longum quidem, sinapi & gummi formatis in specie piperis longi. & album deinde leuigatur cū spuma argenti, & excuditur in pilulas eiusdem magnitudinis redactum: item nigrum his ipsis pilulis denigratis. sed & leue, & cauum, & farinosum piper est, & lapillulis admistum.

De pompholyge.

Pompholyx est quasi flos spodi. simul autem utraq̄ colliguntur circa metalla ubi es, & cuprit, & argentum conflatur. Verum pompholyx prout leuissima fuligo in ipsis cameris inuenitur: spodium circa parietes. & adulteratur stellis siccis tenuibus cōbustis. item cānis quibuslibet. sed fiūt fuscidiora & non æqualiter lœvia. est. n. optima pompholyx, quæ est leuissima, & candidissima, et ad tactum nullā habens asperitatē. easdem. n. & spodiū uires habet, stypticas, & q̄ siccare possunt.

De purpuriso.

Purpurissum quod & fucum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratae & pusillæ in modum sellarum. quæ ab infectoribus tingit̄ur colore roseo. tale est maxime Canusinum, sequens Puteolanum. uires habet aliquantulum stypticas.

De pyrethro.

Pyrethrum radix est oblōga, colore fuscior, intus exalbida, crassitudine digitii pusilli. gustu excalfaciens uehementer, & saliuam copiosam prouocans. cuius optima est quæ est recens. potest autem efficaciter relaxare, & calefacere acriter.

De pumice.

Pumex lapidis est genus, qui in littoribus maris inuenitur, quiq̄ assidue à fluctibus illis suis fit levissimus & exalbidus, & undiq̄ concavus in similitudinem spongia. Facit ergo pumex ad dentifricia. & scriptores pennas uel calamos sibi in eisdem temperantes bene scribunt. & mittitur hæc ipsa pumex in malagmata. abradit autem, & sua asperitudine leuigat.

De pulegio.

Pulegiū herba est omnib. nota, q̄ cum aliqua acrimonia excalfacit. & est diureticū ualde. sed & menstrua prouocat. & partum expellit. & olim tussientibus prodest. et odor eius nauseam phibet.

De propoli.

Propolis circa fauos & circa aluearia apū inuenitur. et est quasi genus ceræ. cuius eligimus quæ est colore subrubra, odore melleo, est autem quasi mū. Vires habet similes ceræ, sed efficaciores.

De

DE SIMPLICIBVS MEDICAMINIBVS

89

A

De psyllio.
Psyllium semē est herbæ nigrū, & minutū, pulicis magnitudine, unde etiā cognominatū uidet: herba tota assimilis foeno, longa, & angusta, & calatum minutū, & oblongū habet: quo medio incipit quasi spicula oblonga, in qua ipsum semen inuenit: qd' efficaciter refrigerare & stringere pōt. unde oculis lachrymantibus cito prodest. Itē dysentericos, & podagricos remediat: et capitī dolorē ex aqua laevigatum, & in fronte linitū confestim sedat: & hæc ipsa herba pulicaris dicitur.

De plantagine.

Plantago similiter herba est. Et huius succus & folia efficaciter refrigerant, & stringunt: qua- propter succus illius sanguinem exscrentibus utiliter datur. Item folia contrita cum pane imposi- ta, quæ stringere, & siccare uolumus, utiliter faciunt.

De polio.

Polium herbula est oblonga, exalbida folia habens: & in summo quasi canitatem & comulam, semine plenam, odore graui, & non suavi. Potest ergo omnem uiperam fugare: potest & res uene nosas extinguere: laxat quidem stomachum, & caput purgat: sed & urinā, & uentrem mouet.

De pelecino, uel cepa canina.

B Pelecinus herba est, quæ in itineribus nascitur, plures & tenues ramulos habet, folia pusilla, & granula in folliculis terna uel quaterna, subrufa, & amara ualde, quæ possunt cum aliqua acrimonia uiscide stringere: propter quod & in antidota mittitur: & menstrua prouocat.

De panace.

Panax radix est herbæ, de qua opopanax conficitur: quæ & ipsa etiam, & si infirmius, eadem præstat, quæ opopanax.

De peucedano.

Peucedanū herba est, thyrsum & ramos habēs similes ut fœniculū: radicē uastā, & nigrā, odo- re graue, succi plenā: & circa illā comulā densam, florem aureo colore. hæc igit̄ radix aliquā ppter succum suum exprimit: & succus eius melior est si sit colore subrufus, & ad gustū excalfacit. aliquā siccatur & reponitur. Facit aut̄ ad uulnera antiquata, & expurgat uiscide: propter quod in aliqui- quibus emplastris, & malagmatibus mittitur. & radix eius incensa serpentes, & uiperas fugat.

De pastinaca.

Pastinaca omnibus nota est. nam sumitur in cibo, & in reliquis uirtutibus. Vires habet acres, et excalfactorias, & diureticas.

C

De petroselino.

Petroselinū nascitur circa petras. Et est optimū Macedonicū. est. n. odoratu subdulce: diureticū ualde, & excalfactorium. unde & stomachi, & collī inflationes, & tensiones remediat.

De peristereone, uel uerbena.

Peristereon herba est columbaria: folia habet modica quasi incisa, radicem mollem, thrysulum stypticum. Tota herba uulnera glutinat, & alienationes stringit: & ad omnia uenena potui data optime facit. similiter ad tertianas & quartanas disposita est. Huius succus in collyrijs mittit. Hæc autem & columbina, & uerbena dicitur.

De polypadio.

Polypodium herba est similis filici, quæ in petris, & circa radices arborum uetustarū, & in quer- ceis arboribus crescit: hæc melior habetur cuius radix pilosa, & hirsuta uidetur, gustus styptica cū aliqua dulcedine. In folijs uero habet binos ordines quasi punctorum aureorum. Vires habet uē- trem soluentes, & bilem distrahentes.

DE COLOCYNTHIDE.

Colocynthis similis est cucurbitæ rotundæ, uel malogranato. Huius uero medulla. i. quod in- dus habet carnosum, & semen uiscide uentrem purgare potest: & in plura cathartica mittitur.

DE R V T A.

Ruta herba est omnibus nota, utilis ualde. hæc. n. stomachum erigit, & tussientibus prodest, & collī dolorem sedat, item urinam & menstrua prouocat: partum quoq; si plus sumatur expellit.

De resina.

Resina est quasi lachryma herbæ: & locis quampluribus colligitur. Verum sicca quæ est, inue- nitur circa nuclipinum, & pityn. alia liquida circa terebinthum, & peuce, & cypressum. Et quam lentiscum aliqui mastichinam esse dicunt: in Chio insula colligitur. alia prout diximus pluribus locis inueniuntur. Communiter uero omnis resina laudatur si sit munda, perlucida, & si odorem suum pristinum seruet. Specialiter tamen liquidarum optima est terebinthina. habet enim & can- dorem, & munditiem, & perlucet, & uitro assimilis esse debet. post mastichina recipitur, colore non dissimili ponticæ ceræ. item siccaram receptissima est pityna. post quam numeratur peuce- na & nuclipinea, quam Græce strobilinam dicimus. Verum omnis resina efficaciter relaxare, & remollire potest: & in usu aliquando cruda accipiuntur, aliquando friguntur.

De roremarino.

Rosmarinus herba est fructiculus, & semen dicta cachrys ad similis spondylo, quæ herba radi- Spurijs.

M^u cem,

GALENO ATTRIBVTVS LIBER

cem, & folia habet quasi fœniculū: sed asperiora, & exalbidiora, & crassiora, et ueluti thyrum oblongum, & ramosum. Huius igitur semen, quod est brevius, & uastius, cachrys dicitur: quod inde tenerius, & oblongum, rosmarinus. Veruntamen efficaciter stringere, & relaxare potest. unde & urinam mouet, & antidotis contra maligna admiscetur. Et quidem cachry acrius, & uiscidius.

De rubo.

Rubum omnes nouerunt. Huius igitur, & folia, & flos, & mora leuiter stringit. unde ad uitiam & fauces euidenter faciunt: quamuis omne profluum idonee stringant.

Derhu.

Rhu, quod ab aliquibus radix dicit: aliqualiter uasta, & nigricans: fragilis leuissime: odore & gustu amara, & leniter stringens: & si fricetur, & masticetur, fit ueluti glutinosa, & croceato colore. unde optimum rhu est Ponticum. Vires autem habet efficaciter stringentes: propter quod cum uino laevigatum, & quasi fomentum impositum, inflationem siccatur, & uulnera glutinat, & sanguinis abundantiam reprimit: mittitur & in antidotis.

Derosa.

Rosam omnes nouerunt, quae & ipsa suauiter stringit, & refrigerat.

Derapa, & napo.

Rapa omnibus nota est. Huius radix comesta inflationes facit, & multum carnis: sed inutilem nutrit humorem. Aqua uero in qua fuerit cocta, podagrīcis, & ad prægnationem optimum somnum est. sed & ipsa contrita, & imposta idem operatur. Si excavetur, & accipiat oleum rosaceum, & cere modicū, & sic in cinere calido coquatur ita, ut cerotum faciat, uulneros promouet, & curat. Est etiam rapæ similis napus, qui similiter inflat: sed semen huius napi contra uenena potui cū uino optimo datur, uel ex mulla contritum.

Deraphano.

Raphanus omnibus nota est, quae radix appellatur. Radice habet similem rapæ, sed longiore. Quæ comesta à iejuno prout antidotū, magnū est adiutoriū sanitatis, & testamentū corporis: sed inflationē operatur, ructus foetidos facit, & urinā mouet, uentre relaxat. decocta aut in cibo sumpta phthisicis prodest: & thoracē à phlegmate laborantē emendat. Cortex uero eius cū aceto & melle acceptus, uomitus mouet: hydropicis & spleniticis prodest. Si in modum cataplasmatis imponat cum melle cōmista, etiam prodest: putredines curat, & liuores tollit, & cōtra uiperarū morbus prodest. Alopecias capitis iuuat: fungos malos, aut in potu, aut in cibo sumpta, compescit. Se men uero eius cū aceto datum, splenem minuit. Si in aceto, & melle radix ipsa coquatur, & sic garazetur, synanchen curat. Folia eius tunsa & imposta, omnibus articulis dolentibus prosunt.

D E S A R C O C O L L A .

Sarcocolla est, prout aliqui aiunt, lachryma arboris, quæ in Perside nascitur. Alij quidem fieri dicunt ex suffimentis æque similiter resinæ per parietes laevigando. Alij enim sarcocollam, argemonem herbam uocant, quam optimam iudicamus, quæ est subalbida, fragilis, sine odore, flore subrufo, folijs quasi rotundis, radice longa: quarum sunt infirmiores, quæ subrubicant, & ad gustum commista dulcedine aliquam habent amaritudinem, & dentibus pressæ agglutinantur. Potest igitur stringere lachrymam, & quodammodo hilarem uisum facere. Adulteratur autem gummi, & resina, sed tactu facile deprehenditur.

De spica nardi.

Spica nardi ad similitudinem cognominata est. similis est enim spicæ frumenti: & hæc plurimas habet uelut aristas: & quasi setarū uel capillorum fasciculus ad modū patet. nascitur enim in India ex una radicula sine folijs. dicitur tamē & Syriaca, non quia in Syria legitur, sed quia montis illius in India, in quā plurima inuenitur pars ad Syriam aspectat. Verum optimam diximus, quæ est odoratissima, & colore subrufa, recens, & ad tactum non grauis, nec uasta, sed magis densa. Hæc ergo uires habet suauiter stypticas, & leniter calfactorias.

Desyrico.

Syricū fit de cerusa plurimū siccata, & cribrata. coquit aut in patella fictili sup carbones usque quo sandycis habeat colorē, qd ipsum ceruse uires representat: est optimū, qd ignis habet colorē.

De saluicula.

Saluicula herbile genus est, quæ radiculas & folia sub floribus similibus uiolæ, qd plurima habet, quæ tota prodest: hæc refossa in modum stabularum stringitur. nascitur autem in alpibus summis, & in Norica regione, quam ipsam optimam iudicamus, quæ est odoratissima. cui tamen, & hæc adesse oportet, ut recens, et sine fabulo sit, & quamplurimas cum ramulis suis radices habeat. illæ autem sunt uiscidissimæ. Potestas igitur saluiculæ est, quæ & spicæ, et si infirmior.

De sale.

Salem omnes nouerunt: colligitur aut in quibusdā littoribus, & partibus maris, aut foditur, aut paratur, prout aliquibus in locis in Gallia, maxime tamen in Italia uel in diuersis prouincijs. Verū est optimus sal, qui ex mare fit mundus, & candidus, cuius uirtus sapore ipso probatur, potens comedere, & purgare. multis quidem rebus misceri præcipitur. Cuius salis uirtus est, qd omnibus ci-

bis

Abis admistus conuenit, et ore xim facit, fastidium auertit, nauseam prohibet. Qui autem soditur, est uelut uena alba & perlucida: uenas habet prout schistos, quem & nos salem armeniacum diximus.

De succo.

Succi uirtus duplex est uel triplex: hic eadem, et si incertius, praestare potest, quae & ouum diximus facere. Vicem enim cibi & potus praefat. De hordeo prisanas faciunt, quae frigidam & humidam habent uirtutem, & relaxare possunt: si oleum rosaceum admisceas, febricitantes refrigerat, & reparat. De hordeo immaturo succus uentre stringit, & infrigidat, & uires acquirit, & aliciae uel orizae succus similiter operatur. siligo enim tritici uentre stringit, & ardorem, & corruptionem.

De stibio.

Stibiu lapis est fulges, & splendes, nulli lapidis similis, q[ui] in metallis inuenit, colore assimilis plumbi, cuius est optimus, quod late refulget, fragilissimus, & quod est in se mundus, lapidosum uel terrenus non continet. Vires autem habet stypticas, uenit & refrigerare, & stringere, & lachrymas uelut oppilare potest.

De sandaracha.

Sandaracha affertur maxime a Poto, & Cappadocia & Cilicia: & est a primo lapis igneo color, qui in minuta continuatur. Est ergo optima sandaracha, quam florem appellamus, quae est roseo colore, mundata, uel nihil exterum admistum habens, effectu & ipsa fortiter stringens.

De sagapeno.

Sagapenum est lachrymæ genus, quod in aliquibus locis colligitur. cuius optimum dicimus, quod est glebulis minutis durus, colore sublimillimus myrræ, gustu acris, & quasi glutinosum, odore ceterum, recens mundus, & intus albodus, & extrinsecus rubidus. Vires habet, que cum acrimonia uiscide laxare possunt, hoc ipsum galbano aliqui adulterat, formatis ex eo guttulis eiusdem magnitudinis.

De sepo.

Sepum omne mollire potest duricies: de quadrupedibus optimum est leoninus: melius est leopardinum. nunc melius ursinum, quam taurinum, uel ceruinum: caprinum uero spissius est & siccius: & magis hircinum, uel asinimum. De uolatilibus uero optimum est anserinum, melius pullinum. Item melius phasianinum, & omnibus melius uulturinum.

De sanguine.

Sanguis omnibus humidus est. Foris in corpore illinitus, stypticus inuenit: & oculis prodesse comprobatur.

De syricio.

Syricium herbulae radix est nota q[uia] pluribus, exalbida & spissula, quae acrimonia sua, & asperita teste, urinæ & calculum prouocat: sternutare copiose facit tunsa, & cribrata, & in naribus imposita.

De staphide agraria.

Staphisagria semen est herbæ, quae florescit similiter, ut uites erraticæ, & fructum affert in foliiculis uiridibus quasi ciceris, triangularem, album, subrufum, gustu acerrimum, & amarum. Verum optima est, quae est recens, nigra, plena: haec cum maximis uexationibus uiscidissime relaxat: pediculos quoque ex oleo laevigata, & corpori illinita occidit.

De sepia.

Sepia est marinum animalculum, cuius testa & item os siccatum, & repositum, leue, & candidum, & oblongum uidetur, & ad usum medicinæ facit. admiscetur autem collyrijs, & solum in mortario laevigatum, dentifricium est optimum.

De sulfure.

Sulfur optimum est, quod uiuum appellatur, & est splendidissimum, & perlucidum, & ueluti perunctum. Vires habet uiscide relaxantes, & plurima uitia remediantes.

De silphio.

Silphium radix est, cuius lachryma laser esse diximus, & est radix pluribus nota. Virose & acriter excalfacit, & uelicā laedit. Verum admiscetur antidotis, & purgatorijs: & sale condita suauiter facit.

De seseli.

Seseli semen est herbæ, quae similatur fœniculo, & anetho, crescit, & grauat, & grana affert uastiora, & oblongiora, quam utrumque: uerum & hoc est diureticum, & in plurima antidota mittit. proprieta tamen ad colicum dolorem facit.

De scammonio.

Scammonium, quod & colophoniū, uel diagridium dicitur, succus est herbæ, quae à sua radice plures ramos intra se mittit, quae nascit & in Mysia, & in Colophone, & similiter, ut creditur, mandragoræ, aut quasi panacis radix illius incidit, & folijs suis suppositis lachryma, quae emanat, excipitur. Verum optimum diximus scammonium, quod est medium, leue, perlucidus, intus non spissum, sed magis prout spongia fistulosum, & splendidum, & quod simul ac saliuat tangit humorum lacteum & amarum ostendit. hoc igitur ipsum stomachum quidem euertit, sed uentrestringit, de purgat, adulteratur autem tithymalli succo, sed ita deprehenditur, quod tithymali succus ad guttum minime excalfacit quodammodo, sed urit, quod abest ab sincero colophonio.

De Singibere, seu zingibere.

Singiber herbulae radix est pusilla, exalbida, leuis, & ueluti truncata. Inuenitur maxime in Tro-
Spurij.

M. ij glodytis

GALENO ATTRIBVTVS LIBER

glodytis, & Arabiæ partibus: & aliqui illam piperis radicem putant. hoc ergo optimum est, quod E
est recentissimum, & sine fistula ulla, quod Ἀράβη Græce dicimus, odore suaui, gustu, & sapore
similis piperi. Cuius uires plurimæ sunt, sed proprie digestionem facit: & stomachum confirmat
& corroborat, & uentrem laxat.

De styrace.

Styrax est quasi lachryma arboris, quæ & ipsa styrax appellatur, similis tota cydoniæ. huius igit
arboris ramuli, & uirgulæ, ut uermiculi circa ipsas medullas nascuntur: à quibus inciduntur, & fo-
ramina ipsorum scobem quasi furfur emittunt, quæ cum lachryma confiscatur: quod in modū resi-
næ pityinæ manat, maxime æstibus medijs, & Sole candidissimo. Verum optimum dicimus sty-
racem, qui est subrufus, & qui multū resinæ specie permanet, odore suaui, & quasi melleo, & sub-
austerus, sine humore, & leuis dum fricatur. Viribus autem potest leniter relaxare. calefacit enim
& lenit durities, & mollit. Sed adulteratur copiosa scobe ipsius arboris, uel etiam alterius, exinde
tunsa, & cibrata, & cum melle decocta subacta, & rursus cera, & adipe reuoluta.

De symphyto.

Symphytum, quod aliqui anagallicum dicunt, herba est pluribus nota. Cuius radix uidetur ob-
longa, cortice nigra, ad gustum subamara, & glutinosa: propter quod ad restringendum sangu-
inem exscrentibus datur. Viscide autem stringit, & glutinat.

De spuma argenti, uel lithargyro.

Spuma argenti sit in metallis, & purgamentis argenti qñ conflat. Itē ex scoria, quā Græci mo-
lybdæna dicunt: aliqua ex plumbo, & ipsa coctura in speciē pusillorū tribulorū redigit. Verū opti-
mā dicimus, q̄ est colore assimilis auro, & usq̄ grauis. Potest aut̄ aliquatenus stringere, & refrige-
rare: & eadem præstat, quæ & cerusam facere dicimus, ab aliquibus uero lithargyrus appellatur.

De sori.

Sori glebula est uiridis, quæ foramina habet quāplurima, dicit̄ & aliud eius genus inueniri eo-
lore argenteo. Verū optimū iudicat̄ Ægyptium. i. quod ab Ægypto afferit: quod plurima habet
foramina, & est fragile, et dum comminuitur, infuscatur: gustu stypticum, & odore nauseosum sic,
ut & uomitum quibusdam moueat. coquitur autem usquequo sit colore rufum, & habet uires ual-
de stypticas & acres. unde & alienationes continet: & uulnera, quæ luxuriantur exiccat.

De stœchade.

Stœchas herbula est, quæ ramulos emitit tenues, & oblōgos, circa quos habet folia oblongio-
ra, quām thymbra, sed nō dissimilia, & semen minutum: tota herba est odore suaui, gustu acris, & G
subamara, uires habet relaxantes. unde menstrua prouocat, & uitia thoracis sedat, & in antidotis
mischetur: nascit̄ plurimum in insulis, quæ stœchades dicuntur.

De sapone.

Sapo conficitur ex seuo bubulo, uel caprino, aut ueruecino, & lixiuio cum calce: quod optimū
iudicamus Germanicum. est enim mūdissimum, & ueluti pinguissum: deinde Gallicum. Verū
omnis sapo acriter relaxare potest: & omnem sorde de corpore abstergere, uel de pānis, & exsic-
care similiter ut nitrum, uel aphronitrum, mittitur & in caustica.

De sampsacho.

Sampsachus herba est, folia & ramos habet plures & pusillos, circa terrā diffusos, non dissimi-
les nepitæ: tota herba olēs est suauiter, uiribus acris, & excalfactoria, & ad omnē duritiē uel rigo-
rem ualde idonea.

De sinapi.

Sinapi omnes nouerunt, cuius efficacissimum est Alexandrinum. Habet enim uires acriter, &
uiscide distinguentes: propter quod uitia longinqua eliminat, eo q̄ loca sanguine manātia exsic-
cat, & exstringit, & corroborat simul stomachū, quod ipsum sinapi Mosano uidimus contingere.

De sertula.

Sertula herba est humilis, odore suaui, exalbida: flosculum habens subrufum. cuius melior ha-
betur, quæ est recens, & uastior, & non nimis exalbida. Vires autem habet leniter relaxantes: pro-
pter quod & oculorum tumorem sedat: & partibus neruosis & delicatis ex aqua multa cocta in
modum fomenti trita, & imposita facit.

De syro.

Syrum nascit̄ in Africa, & in Indiâ: optimū tñ habetur Arabicū, & huius ipsius, quod est recētis
simū, & plures, & breues calamos habet, & si frangit̄ rubicundum intus appetet, redolēs suauiter
si fricet̄ inter manus, & gustu linguam submordens, q̄ uires habet acriter relaxantes, proprie qui-
dem uescicam petit, & urinam prouocat: mittitur & in antidota, quæ aduersus uenena faciunt.

De scylla.

Scylla radix est herbæ pluribus nota. est enim colore & corticibus uasta, & cepæ uel allio affi-
milis. Vires habet acerrimas, & excalfacientes. unde & tussientibus, & hydropicis utiliter datur,
& si fricetur in corpore, magnam, & intolerabilem pruriginem facit.

De scordio, uel allio agresti.

Scordium herbula est uirgulas mittens quadratas, rectas, & oblongas; & folia stringentia, ad
gustum

DE SIMPLICIBVS MEDICAMINIBVS.

91

A gustum subamara, odore oleaginosa, flore rubicundo. Vires habet acres & diureticas, & ad uiperas facientes.

De scincio.

Scincus animal paruum est, quod in India inuenitur, quadrupes, & simile lacerto, sed multo maius, & longius, & uentrosum. hoc igitur salitur. Et uenerea facit drachma. i. carunculae illius ex uini cyatho potata. si enim plus sumatur, assert periculum.

De sedo.

Sedum herba est, quam aliqui senecionem uocant, quæ & in petra nascitur, & super tecta, folia enim habet uiridia, densa, & quercui similia, sed crassiuscula, & pinguis. Thyrsum emittit oblongum & subrufum, capitella habet oblonga, in summo habens in modum umbilici. Vires habet stringentes, & refrigerantes: propter quod similis est plantagini, & ad eadem proficit.

De satureia.

Satureia fere easdem uires habet, quas & thymus, & eadē facit, et si est aliquatenus infirmior.

De spondyllo.

Spondylum locis humidis crescit, & habet radicē albam, & assimilem radici, quā in cibos mitimus: & thyrsos oblongos quasi foeniculi, folia quasi platani, semen quasi seselios, duplex: sed cā dīdīus, & latius, & uelutī piliastrum florem album. Huius igitur semē potatum bilem detrahit, & uentrem soluit acrimoniam sua: regio morbo, & ad tussem, & suspriosos uidetur prodesse.

De sisymbrio.

Sisymbriū est assimile mentæ: latiora quidem folia habet, & odore suavi, & excalculatorū est, et diureticū, & ad apicularū & similiū animalculorū puncturā consert præsidiū. Semen illius potum ad eadem facit.

De smyrnio.

Smyrnium est assimile apio, sed folia habet latiora, & subaureo colore, & quasi pinguis, & fortiora, redolētia cum aliqua acrimoniam: ramulū & capitellū prout anethi: semen rotundū, nigrum, ferè gustu mirastrum: radicem succosam, mollem, leuem, odore suavi, cortice nigro, intus uiridem aut exalbidam, & ad gustum fauces mordentē. Vires aut̄ habet acres, & sudore suscitantes. unde & tussientibus, & suspriosis, & hydropicis, & coxiosis prodest, & ad serpentum morsum facit.

De satyrio.

Satyrium herba est ramulū habens oblongū & purū: florem purpureū, exalbidū: folia quasi lili, subbreuiora & subrufa, tria uel quatuor, ad terrā iacentia: radicem duplē, quasi testiculos, que radix potata uenerea prouocat. Succus illius inunctus lippitudines optime curat. Est & aliud satyrium erythraicum, quod assimilatur semini lini: uastius quidem est, et leue, & splendidum. cuius radicis cortex tenuis est, & rubens: ipsa penitus alba & dulcis. Tertiū quidem satyrium aliqui herbam basilicam appellant: cuius folia sunt priori satyrio similia, sed grauiora, & leuiora punctis asperis, nigroribus: radix eius, pedis ursi habens similitudinem: flore aureo uel croceo: & si cum aqua uel uino fuerit trita, croceatum efficit colorem: uires habet excalfactorias: & aduersus uenena facientes, quam herbam si quis secum habuerit, ab omni genere serpentum erit securus.

De sisario.

Sisarium notum est omnibus: & huius radix uires habet diureticas.

De scolopendria.

Scolopendria similis est scolopendræ animali: in petris humidis nascitur, nec florem habet. folia ipsius in superficie uiridia sunt, sed rufa & limosa. cum aceto potata splenem curat: & extrinsecus cum uino posita iuuat: & calculos expellit. uires habet diureticas.

De scoparegia.

Scoparegia facile est nota omnibus, & habet radicē tenuē, & oblongā, & uirgulas oblongas, & folia ex interuallo assimilia lactuce, sed fixiora & fortiora. Vires aut̄ hēt & ipsa acres, & diureticas.

De sinopide.

Sinopis optima est, quæ in Lemno insula inuenitur. & huius ipsius, quæ sphragis appellatur. In terris aut̄ sinopis in quibusdā spelæis colligit: & caprino sanguine in modum fermenti subigitur, & in pastillos redigitur: adhuc optima sinopis dicit cuiuscunq; loci erit, si bene fuerit cocta, quæ est rubicundissima, & spissa, grauis, per omnia eodē colore, & sine lapillis, quæ ex una mica plurimum humoris in similitudine sanguinis inficit. Vires habet efficaciter stringentes.

De fio.

Sium semen est, quod maxime de Assyria defertur, fuscum, oblongum, acre, & uiscide excalfactorium: propter quod ad inflationes, & rosiones stomachi, & cholerae proprie facit.

D B TRAGAGANTHA.

Tragagantha est lachryma herbæ lignosæ & spinosæ, cuius radix incisa hanc ipsam lachrymā emittit: q; aliquatenus siccata, prius tñ q; indurescat, cultello in tenues laminas secat. est ergo optima tragagantha, quæ mundissima, candidissima, tenuis, lucens, recēs, & subdulcis. uires aut̄ habet quales sarcocolla, & aliquatenus efficaciores. magis enim stringit, plus & lachrymam reprimit.

De thure.

Thus lachryma est arboris, quæ in Arabia & in India nascit, quæ Græce libanus dicitur. Quod Spurij:

M^u ij ergo

GALENO ATTRIBVTVS LIBER

ergo de Arabie arbore manat, candidius est: quod de India, subrufum. Verum utrumque masculum E appellatur. Est & tertium minutum ualde & rufum, de quo maxime manna conficitur. Erit ergo optimum thus, quod masculum diximus, subrufum, rotundum, & naturaliter lene, fragile, & si pinsatur, in miculas minutas, & ut fabulam dissipatur: & quod ad ignem cito accendit, odorē suauem, & copiosum emittit. Vires autem habet leniter excalfacientes. Sed adulterat resina pityina, & gummi, & thure comistis: & fit in specie synceri thuris fortis. Itidem & manna adulterant aliqui, laevigata resina pityina, uel farina, & cortice thuris, & cortice nuclei pinei. Sed deprehenditur ita. Thus. n. quod resinā, uel gumi habet, si masticefit, fit quasi mastiche, & ad ignem non cito accendit, nec talem odorem habet. Similiter & manna, & cortex, si syncera non sint, tardius & fumosius incenduntur.

De tithymallo.

Tithymallum feret tot habet uocabula, quot & species, sed non refert. eadem autem omnium uis est. Colligitur ergo & quasi lachryma, & quasi succus: quasi lachryma sic. Singulæ uirgulæ prope ipsa capitella franguntur: & sic lachryma ueluti colum quod manat, in conchulas quasi opium colligitur & siccatur. Similiter & hoc est ualidissimum. Succus deinde ab ipsis folijs contusis & expressis excipitur, & eadem ratione siccatur: & est infirmior. Verum eadem facere tithymallum potest, que & elaterium facere diximus: & extra quasi psiloثرum pilos tollit, & si incidat cutem, quasi causticum urit, maxime quando est recens, & dum colligitur.

De thapsia.

Thapsia succus est herbæ eiusdem uocabuli: quae folia habet similia fœniculo, sed rectiora & uastiora: thyrsulum quasi ferula, florē uiolaceū, semen latum: radicē albam, & uastam, quā qui uulet effodere, & succū illius exprimere, prius corporis sui quicquid erit nudū, ceroto liquido perungere debebit: sin minus, inflationes & pustulas circa faciem, et manus patietur. Exprimitur ergo succus thapsiae lota ipsa radice, & in pila contusa, & sic organo pressa. qui succus in mortario laevigatur, & in sole siccatur. aliqui & folia cum radice iungunt, & nimium tundunt, & exprimunt, quod est inertiū. Alij autem, quod est optimum, et uiscidissimum, ipsam radicem refossa terra nudat: ita tamē quod una in terra maneat, & sic eam cum ferula suo acuto scalpello incident, & ueluti scarificant, & lachrymam quae manat, colligunt. Vires autem habet thapsia acerrimas, & in modum ignis causticas. prodest tamen longinquis uitij, illa ratione, qua & sinapismus.

De thymo.

Thymus herbula est humili, & ramosa, & ramulis duris, & lignosis: quae folia habet pusilla, & angusta, & oblonga, & subalbida: in summo capitula in speciem formicarum in se implicitarum, G & concurrentium. Vires habet acres, & excalfactorias, & stringentes: propter quod omnibus uitij, stomachi, & thoracis aptissimum est.

De thlaspi.

Thlaspi herbula est, quae folia habet magnitudine digiti: thyrsulum subalbidum, tenuē, & oblongum: semen assimile cardamo, & quasi patulū et dilatum. Vires quoque habet acres, & relaxantes, & uelutī mordētes. unde asperitudines oculorū, & cicatrices extenuat: & potatum, uentre sursum & deorsum purgat cum oleo laevigatum: punctiones, frigora, & horrores in accessione discutit.

De trifolio.

Trifolium herba est omnibus nota. Huius igitur folia & pota, & pro fomento imposita, uipere morsus remédiant. Item semen illius in emplastrum mittitur: & radix in antidota. utraque ad uenenosorum serpentum morsus facientia.

DE VERATRO VEL ELLEBORO.

Veratrum radiculæ herbæ sunt eiusdem uocabuli, exalbidæ, & oblongæ: & ab uno capitulo copiosæ, & directæ, & quae per ætatem maiores quidem, quam porri capitula, sed non dissimiles: quarum optimæ sunt, quae aspectu unctulæ uidentur, & non rugosæ: & quae medullam tenuem habent, & gustu magis excalfaciunt: & uomitum prouocant, tale nanum est Creticum. nam Gallicum multum est inertiū. uerum omne ueratrum est uiscidissimum medicamentum: & fortissimum purgatorium in tantum, ut uenenosum esse dicatur. est & aliud ueratrum nigrum, quod magis purgat. aliqui secundum ambo purgant ueratra, & elleborum dicunt.

De uisco.

Viscum succus herbæ est, quae de ramis arborum ex crescit, quae herba habet fructum rotundum in specie uig, pallidiusculum, qui fructus tunditur, & commodatur ad aquam frigidam copiosius, et diligenter, usquequo nihil asperum de cortice eius fructiculus habeat. sic. n. euadit glutinosissimum, alijs quoque in aqua coquunt, & eadem diligentia expurgant. uerum optimum est, quod in quercu arbore crescit, & quod est mundum, suburide, purum, & quod si extendatur non rumpitur, sed in specie membranæ extenuatur. Vires habet acres, & quae duricies remollire possunt.

De uiola.

Viola species habet tres. est. n. alba, & purpurea, & aureo colore, floresque de radice eius exscut, quibus melior habet, quae est purpurea. Verum oes uiscide relaxat, sicut & urinam puocat aliqui: et semen illarum partum expellit, & lumbricos occidit: odorem uero habens est flos ipse suauem.

De urtica.